



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

S V M M A E.

- 1 Donatio fructuum, & rerum quarundam annuatim, donec quis uixerit, pro alimentis facta, cuius sit summa, & an insinuatione requiratur, ex cumulatione, & computatione annorum, & fructuum, rerumque donatarum cognoscitur.
- 2 Donatio absque insinuatione, et solemnitate statuti facta, non conuallidatur ex mentione meritorum in ea generaliter facta, nisi de illis legitime constet, uel saltem specialiter, & singulariter expressa mentio sit facta.
- 3 Etiam si iuratum esset, omnia, et singula uera esse.
- 4 Donatio pura, et non ob causam de preterito propter ingratitudinem donatarii, et ex eo, quod donatarius promissa per eum siue iurata, siue non iurata non obseruauit, reuocari potest.
- 5 Iuramentum semper habet in se tacitam conditionem, nisi iusta, et legitima causa contraveniendi superuenierit.

Epitome habetur supra in sumuario, sub nu. 1. 2. & 4.

CONSILIVM LVIII.

SUPER dubiis propositis paucis me absoluiam. Et primo dubio, quod est, an donatio facta per D. Catherinam, & D. Cassandram sororis Dom. Catherinæ non ueræ suæ, cui ex causa donationis promiserunt singulis annis, donec ipsa uixerit, dare, & consignare corbes quinque frumenti, castellatam unam uuarum, ducentos falcios, ac etiam usum cuiusdam suppellectilis, & quorundam bonorum mobilium, & hoc pro alimentis, seu pro parte alimentorum, dicatur excedere summam librarum centum, ita quod statutum loquens de insinuatione locum in huiusmodi donatione habeat. Respondeo deo, quod summam librarum centum excedit, quoniam ex quo tempore donationis factæ ipsa donataria annum quinque summum suæ ætatis iam perfecerat, & forte proxima erat anno quinquagesimo quinto, debet fieri cumulatatio annorum septem, & facta cumulatatione tot annorum, aperte constabit, huiusmodi donationem excedere summam librarum centum: & quod facienda sit cumulatatio fructuum, & rerum donatarum tot annorum ad cognoscendum, cuius summæ dicatur donatio facta, probatur per textum notabilem in l. he reditatum. ff. ad l. falcii. ubi si alicui alimenta fuerint relicta, donec uixerit, computatio tot annorum ut supra, debet fieri ad cognoscendum, cuius summæ, & quantitatis relictum dicatur esse ad effectum, ut possit quarta pars ratione falcidie deduci. ¶ Sedm dubium est, an donatio prædicta sit ualida, an uero nulla, ex quo in ea non fuit seruata forma statuti positi sub rubrica de donationibus, cui respondeo, donationem non ualuisse, propterea quia in ea non fuit seruata dicta forma, seu solemnitas à statuto requisita: nam cum talis donatio facta computatione præmissa tot annorum, prout fieri debet ad cognoscendum, cuius summæ dicatur esse, censetur esse maioris summæ librarum centum, sequitur, quod illa solemnitas à statuto tradita seruari debuit. Et quamuis asseratur in instrumento dictæ donationis, illam fuisse factam propter benemerita, & consequenter ualere deberet absque insinuatione, & solemnitate dicti statuti, iuxta l. Aquilius. cum glo. ff. de dona. per Alex. in consil. 83. in 2. uol. in 6. & ult. col. cum similibus, tamen ex quo de meritis præteritis non constat, non sufficit, quod de illis in instrumento simpliciter facta fuerit mentio generalis, quoniam non præsumuntur merita præcessisse ad ualiditatem donationis, nisi de meritis legitime constaret, uel saltem de illis specialiter, & singulariter mentio expressa in instrumento facta fuisset, ut concludit Alex. qui refert infinitos sic tenere, quos aliter non refero, & est communis opinio.

in l. si donatio. C. de colla. Nec aliter ratione etiam cuiuslibet quantitatis essent ad ualiditatem donationis sufficietia, ut declarat ibi Alex. per se. Nec obstat iuramentum appositum in dicto instrumento, per quod donatrices iurarunt omnia, & singula uera esse, &c. quoniam respondetur, quod ex quo metum est super causa de preterito, præsumendum in fraudem statuti, cum enim nulla ueritate præcesserint, nec de aliquibus probuerint, nec probari possit iurando merita præcessisse, nec probari possit iurando contra talem denem uenire, & illam dicere nullam, propter statutam non seruatum, prout etiam ita uoluit. & luit per plures rationes D. Laurentius Calestus in consil. suo. 24. in 18. col. ¶ Tertium dubium est, an posita ualiditate dictæ donationis, an ea possit per ingratitudinem dictæ donatarie reuocari, reuocari posse concludo, quoniam ex quo dicta fuit pura, & non ob causam de preterito, propter ingratitudinem potest reuocari, secus si propter de preterito esset facta, gl. no. in l. i. in uer. suæ. C. de reuoc. dona. l. si pater. §. i. ff. de dona. Alex. si. 39. in 3. dubio. in 4. uolum. & hæc probantur si. extra de dona. & in l. si. C. de reuoc. dona. natio simplex potest prætextu ingratitudinis reuocari. Præterea ex quo dicta donataria non obsequiuntur conventiones, quas sponderat donatrix, ille conventiones fuerint in instrumento donationis descriptæ, siue non, dicitur effecta indigna reuocari, & potest donatio reuocari, etiam si dictæ uentiones non essent iurate, d. l. fin. ubi casus, & per glo. & Doct. in d. c. si. quāto magis ergo huiusmodi donatio erit reuocabilis, si fuerint dictæ conventiones iurate, ut quia descriptæ sint in dicto instrumento donationis in quo ipsa donataria iurauit, & singula uera esse, & illis non contraveniendi, quoniam in poenam ipsius periurantis priuatur in commodum, & iure, quod sibi uigore dicti instrumenti donationis acquiri, & deberi poterat, per textum in l. si quis maior, & ibi not. per gloss. & Doct. Cal. fac. ¶ Et iuramentum semper habet in se tacitam conditionem, nisi superuenierit iusta causa, & legitime contraveniendi, ut per Bar. Paul. de Castr. & alios. in quo. §. inter locatorem si. locati, bonus est ten. fin. ff. qui furti. cog. in l. fina. C. de non num. in l. si ex falsis. C. de transact. & not. per gloss. in d. l. ibique Alexan. & alij c. quemadmodum, ubi per textum cum similibus ibi not. extra de iureiuran. Hæcque in contrarium adduci possunt, aliter non respondeo, quia satis ex prædictis posset responsum esse, ac etiam, quia prædicta omnia super communem Doctorum opinionibus sunt fundata. Lau.

S V M M A E.

- 1 Donatio donatario non opitulatur, si is illam reuocauit per legem donatori cessit.
- 2 Donatio ultra legitimam summam facta coniuncta per inscriptionem dolo, domesticisq; fraudibus, et caliditatem censetur, maxime quando facta est in domo donatarii, et